Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

cres peruenerunt. Nam si ad martirium
mens accensa est. huius adiutorii opem po-
poscit martir ut uinceret. Si ieiunii
obseruanciam adhiberi studuit ut ab eo
confortaretur afflictus est. si castitati artus
seruare uoluit impollutos. ut ab illo
muniretur orauit. Si post ignoranciam peni-
tendo conuerti desiderauit. ut sibi ad nichilo-
minus subleuaret cum lacrimis flagitauit.
Si quod operis boni exercere eorum quispiam me-
ditatus est. ut ab hoc adiutorio iuuaretur
expeciit. Per hos ergo scale huius ascensus
tam difficiles. tamque excelsos. tam arduos.
cum sint diuisi. ad unum tamen dominum per huius ad-
iutorii opem conscendit. ideoque semper ille po-
scendus. ille querendus. ille inuocandus
erit. ut quod de bono mens concipit. ad-
iutorio suo ipse perficiat. de quo et nos
sine fine oportet dicere. adiutorium nostrum
in nomine domini. qui fecit celum et terram. sicut
et ille beatissimus de quo nunc nobis futu-
rus est sermo. qui inter diuersas temptacio-
nes uel cruces seculi. semper huius adiutorii
munimen expeciit. Siquidem apud insulam
Vindimittam urbis Narmitice uir egre-
gie sanctitatis Friardus nomine reclusus.
de cuius uita paruum per ad edificacionem ecclesie
dicere delectat animo. quia ignoro si ab
aliquo sit scripta. Hic ab infancia sua
semper deo deuotus fuit atque pudicus. Factus
autem uir semper in dei laudibus. semper in oracione.
semper in uigiliis degebat. Victus necessa-
ria propriis manibus exigebat a terra. et si
in opere inter reliquos perueniret. numquam
ab oracione cessabat. quod uicinis aut
// habet extraneis ut mos rusticorum erat ridi-
culum. Quodam uero die cum reliquis in se-
getem culmis incisis manipulos col-
ligaret. examen innumerabilium atque
seuarum muscarum quas uulgo uespas

uocant repleuit. Cumque acerrime messo-
res emissis aculeis laceraret. undi-
que circumeuntes messem. locum illum in quo
hec adunate erant transiliunt. atque irri-
dendo beatum Friardum alloquuntur dolose
dicentes. Veniat benedictus. ueniat
religiosus qui orare non desinit. qui crucem
auribus et oculis semper imponit. qui uiis
itineris sui salutaria uexilla premit-
tit. ipse metatur super examen. ipse cum
sua oracione mitescat. Tunc quasi ad con-
fusionem diuine uirtutis hec uerba susci-
piens. prouolutus terre oracionem fudit ad
dominum. et accedens facto desuper signo
crucis ait. Adiutorium nostrum in nomine
domini. qui fecit celum et terram. Ad hanc
eius oracionem confestim omnes uespe
se infra antrum unde egresse fuerant
abdiderunt. Ille uero ad spectaculum
omnium messem desuper illesus expediit.
quod non sine miraculo irridentibus fuit.
eo quod dominus in se sperantem ad confusionem
eorum sic dignatus fuit roborare. De-
inde post hec cum in arbore pro quadam ne-
cessitate ascendisset. subito colliso
sub pedibus ramo ruere cepit. cadens-
que deorsum per singulos quos preciebat
ramos. Christi beatissimum nomen inuo-
cabat dicens. Christe omnipotens salua me.
Cumque peruenisset ad terras nichil est no-
citus. sed aiebat semper. adiutorium nostrum
in nomine domini qui fecit celum et terram.
His et aliis uirtutibus cunctatus cepit in-
fra secreta cordis tacitus cogitare di-
cens. Si crux Christi et inuocacio nominis
eius. atque adiutorium postulatum ab eo
tantam potenciam habet. ut aspera queque
mundi declinet. periculosa obruat.
temptacionum atria depellat. et omnia
que sunt seculi huius oblectamenta pro nichilo